

cula autem quæ est (1) nisi ego, & mei similes, qui mitto quod possum, & desiderio quod non possum vobis explanare? Nam non quantum vos audistis, sed ex quanto considerat Deus. Unusquisque autem quadrantiem potest offerre, quæ est voluntas prompta: quæ dicitur quadrans, quia cum tribus consistit, scilicet cogitatu, verbo, & facto. Quod dicitur: *Totum victum suum misit*, hoc significat quia tota voluntas corporis in victu consistit: unde dicitur Eccl. 6. Totus labor hominis in ore suo est. *Theophylactus* (sica finem Comment.) Vel aliter: Vidua ista anima hominis est, relinquens saraman; cui tærit adjuncta: quæ mittit in templi æratio duo minura, carnem scilicet, & mentem: carnem quidem per abstinentiam, mentem vero per humilitatem: ut sic audire valeat quod totum victum suum posuit, & factam fecit, nihil de suo

(1) *Al. ut ego; & in fine cum puncto affirmationis.* (2) *Al. deest Jesus.* (3) *Legit P. Nicolai* consideratu, & infra superbentium pro superbentibus.

CAPUT XIII.

(a) **E**T cum egredere de templo, ait illi unus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides, & quales structura. Et respondens Jesus ait illi: Vides has magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruat.

(b) Et cum sederet in monte olivarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus, & Jacobus, & Joannes, & Andreas: Dic nobis quando ista fient, & quod signum erit quando hæc omnia incipient consummari? Et respondens Jesus cepit dicere illis: Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Quia ego sum; & multos seducunt. Cum audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne timeatis. Oportet enim hæc fieri, sed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnum, & erunt terræ motus per loca, & fames. Initium dolorum hæc.

(c) Videte autem vosmetipsos: tradent enim vos in conciliis, & in synagogis vapulabitis, & ante præfides, & Reges stabitis propter me, in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet prædicari Evangelium. Et cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini; sed quod datum fuerit vobis in illa hora, id loquamini. Non enim vos estis loquentes, sed Spiritus Sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium; & consurgent filii in parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit.

(d) Cum autem videritis abominationem desolationis stantem ubi non debet (qui legit intelligat) tunc qui in Judæa sunt fugiant in montes; & qui super tectum, non descendat in domum, nec introeat ut tollat quid de domo sua; & qui in agro erit, non revertatur retro tollere vestimentum suum. Væ autem prægnantibus, & nutrentibus in illis diebus. Orate ergo ut hieme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus, usque nunc, neque fient. Et nisi brevialset Dominus dies, non fuisset salva omnis caro. Sed propter electos suos elegit, brevavit dies.

(e) Et tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, ecce illic; ne credideritis: exurgent enim pseudochristi, & pseudoprophete, & dabunt signa, & prodigia ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. Vos ergo videte: ecce prædixi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam, Sol contenebrabitur, & Luna non dabit splendorem suum, & stellæ Cæli erunt decedentes, & virtutes quæ in cælis sunt, movebuntur. Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria. Et tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis à summo terræ usque ad summum Cæli.

(f) A sicut autem discite parabolam. Cum jam ramus ejus tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas. Sic & vos cum videritis hæc fieri, scitote quod in proximo sit in ostitis. Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hæc donec omnia ista fiant. Cælum, & terra transibunt; verba autem mea non transibunt.

(g) De die autem illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in Cælo, neque Filius, nisi Pater. Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit servis suis potestatem cuiusque operis, & janitori præcepit ut vigilet. Vigilate ergo (nescitis enim quando dominus domus veniat; sero, an media nocte, an galli cantu, an mane) ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico. Vigilate.

(a) **B**eda (cap. 43. in Marc.) Quia fundata Ecclesia Christi, Judæa dignas suæ perfidiæ pœnas erat luitura, apte Dominus post laudatam in paupere vidua devotionem Ecclesiæ, egreditur de templo, ruinamque ejus futuram, atque ædificia nunc admiranda non multo post contemnenda esse prædixit: unde dicitur: *Et cum egredere de templo, ait illi unus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides, & quales structura.* *Theophylactus* (in princ. Comment. in 13. cap.) Quia enim multa circa destructionem Hierusalem Dominus locutus fuerat, discipuli ejus mirabantur quod tam magna, & pulchra ædificia destrui debeant; & propter hoc ostendunt ei templi decorem; qui non solum ait hæc destruenda fore, sed & quod in eis lapis super lapidem non relinqueretur: unde sequitur: *Et respondens Jesus ait illi: Vides has magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruat.* Sed dicerent aliqui, quod multa reliquia remanserunt, ut Christum mendacem niantur ostendere. Sed nequaquam est hoc: est enim aliqua (1) reliquia remansissent, tamen usque ad universalem consumptionem non relinqueretur lapis super lapidem. Præterea narratur, quod Elius Adrianus civitatem, & templum à fundamento evertit: ita quod verbum Domini quod hic dicitur, sit impletum. *Beda* (ubi supra.) Divinitus autem procuratum est, ut, præfacta per orbem fidei evangelicæ gratia, templum ipsum cum caeremoniis tolleretur; ne quis forte parvulus in fide, si videret illa permanere quæ à Deo sunt instituta, paulatim à sinceritate fidei quæ est in Christo Jesu, ad carnalem laboreretur Judaismum. *Hieronymus* (Marc. 13. in princ. Commen.) In hoc etiam enumerat Dominus discipulis cladem novissimi temporis, id est destructionem templi cum plebe, & littera sua; de qua lapis super lapidem non relinquetur, id est testimonia Prophetarum super eos, in quos Judæi retorquebant ea, ut in Esdræ, & Zorobabel, & Machabæos. *Beda* (ubi supra.) Recedente etiam Domino de templo, omnia legis ædificia, & compositio mandatorum ita destructa est ut nihil à Judæis impleri possit; & capite

sublatò, universa inter se membra compugnant.

(b) *Beda* (non remote à princ. cap. 13.)

Quia laudantibus quibusdam ædificationes templi Dominus palam responderat hæc esse omnia destruenda, discipuli secreto tempus, & signa prædictæ destructionis interrogant: unde dicitur: *Et cum sederet in monte olivarum contra templum interrogabant eum.* Sedit Dominus in monte olivarum contra templum, cum de ruina, & excidio templi disputat, ut etiam ipso corporis sui verbis quæ loquitur (2) congruat, mystice designans, quod quiens manens in sanctis, superborum detestatur amentiam. Mons enim Olivæ fructiferam designat sanctæ Ecclesiæ celsitudinem. *Augustinus* (epist. 80. ad Helychium par. ante med.) Interrogantibus autem discipulis ea respondit Dominus quæ jam ex illo tempore fuerant secutura, sive de excidio Hierusalem, unde orta est ipsius interrogationis occasio, sive de adventu suo per Ecclesiam, in qua usque ad finem venite non cessat: in suis enim veniens agnoscitur, dum ejus quotidie membra nascuntur: sive de ipso fine, in quo apparebit vos judicaturus, & mortuos. *Theophylactus* (cap. 13. in Marc. prope princ.) Sed antequam eis ad interrogata responderet, mentem eorum confirmat, ut non seducantur; unde sequitur: *Et respondens Jesus cepit dicere illis: Videte ne quis vos seducat.* Hoc autem dicit, quia incipientibus circa Judæam passionibus, insurrexerunt quidam qui se doctores esse dicebant: unde sequitur: *Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Quia ego sum.* *Beda* (super *Videte ne quis vos seducat.*) Multi enim imminente Hieronymorum excidio exitere qui se esse Christos dixerunt, tempusque libertatis jam appropinquare: multi etiam in Ecclesia ipsi etiam temporibus Apostolorum heresiarchæ prodire: multi etiam in nomine Christi venere antichristi, quorum primus est Simon Magus, cui, sicut in actibus Apostolorum legitur cap. 8. auscultabant qui in Samaria erant dicentes: „Hæc est virtus „Dei, quæ vocatur magna:“ unde & hic subditur: *Et multos seducunt.* A tempore autem

(1) *Al. omittitur reliquæ.* (2) *Al. construat.*

nisi in brevi spatio bellum Romanorum fuisset, non fuisset salva omnis caro; ideit nullus evasisset Judæus; sed propter electos, quos eligit, ideit propter Judæos credentes, aut in posterum credituros, brevioris dies; ideit, cito bellum est terminatum: nam præsciebat Deus quod multi post desolationem civitatis crederent Judæorum: hujus gratia eorum genus ex toto destrui non permisit. *Augustinus* ad Helychiū (epist. 2, ubi supra.) Quidam autem convenientius intellexisse mihi videntur mala ipsa significata nomine dierum, sicut dicti sunt dies mali in aliis Scripturæ divinæ locis: neque enim dies ipsi mali sunt, sed ea quæ sunt in eis. Ipsa ergo dicta sunt breviter, ut Deo donante tolerantiam, minus sentirent, ac sic quæ magna essent, brevia fierent. *Beda* (super *Irunt dies illi tribulationis*). Vel aliter. Hæc quæ dicitur ab illo loco, *Irunt dies tribulationis*, temporibus Antichristi proprie congruit, quando non solum tormenta crebriora, & acerbiora, quam prius consueverant, ingerenda sunt fidelibus; sed, quod gravius est, signorum quoque operatio eos qui tormenta ingerunt, comitabitur. Hæc autem tribulatio quanto ceteris, quæ præcessere, pressurarum pondere gravior fuit, tanto est temporis brevitate moderatio futura. Namque tribus annis, & dimidio, quantum de prophetia Danielis, & Apocalypsi Joannis conjici potest, Ecclesie orbem impugnata esse creditur. Juxta vero sensus spirituales, cum viderimus abominationem desolationis stare ubi non debet; hoc est, hæreses, & flagitia regnare inter eos, qui caelestibus mysteriis videbantur esse consecrati; tunc quicumque in Judæa, hoc est in confessione veræ fidei persistimus, tanto altius virtutum culmen debemus ascendere quanto plures amplia victorum itinera sequi videmus. *Hieronymus* (non procul à prin. Comm. in 13. cap. Marc.) Fuga enim in montes est, ut non descendat ad ima qui ascendit ad alta. *Beda*. Tunc qui super teclum est, hoc est, qui excedens animo carnalia facta, tamquam in aura libera, spiritaliter vivit, ne descendat ad infimos actus pristinæ conversationis; neque ea quæ reliquerit mundi, carnis desideria repetat. Domus namque nostra vel mundus hic, vel ipsa in qua degimus, nostra intelligenda est caro. *Hieronymus* (ibidem.) Dicit enim: *Orate, ut hieme non fiat fuga vestra, vel sabbato*; ideit, ne fiantur fructus nostri operis cum fine temporis: hieme enim finitur fructus, sabbato vero tempus. *Beda* (super *Orate ne fuga vestra fiat*.) Si autem de consummatione mundi (1) intelligatur, hæc præcipit, ut non resignetis fides vestra, & in Christum caritas,

(1) Al. intelligatur hæc præcipi. (2) Al. deest nomen. (3) Al. deest qui.

neque ut otiosi in opere Dei torpeamus virtutum sabbato. *Theophylactus*. Oportet etiam nos à peccato fugere cum fervore, & non frigide, & quiete. *Hieronymus* (ibidem.) Tribulatio autem erit ingens, & dies breves propter electos, ne malitia hujus temporis mutet intellectum eorum.

(c) *Theophylactus* (super *Tunc si quis vobis dixerit*). Postquam ea quæ ad Hierusalem pertinent Dominus complevit, nunc de adventu loquitur Antichristi, dicens: *Et tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis*. Hoc autem quod dicit, *Tunc*, non sic intelligas, ideit statim cum completa fuerint supradicta circa Hierusalem: sicut & *Matthæus* post Christi generationem dicit cap. 24. In diebus illis venit *Joannes*: nūquid immediebus ipsi Christi nativitate non, sed indeterminate, vel indistincte. Sic & in hoc loco nunc accipi potest, non scilicet quando Hierusalem desolabitur, sed circa tempus adventus Antichristi. Sequitur: *Exurgent enim pseudochristi, & pseudoprophete, & dabunt signa, & prodigia ad seducendos, si fieri potest, etiam electos*. Multi enim Christi (2) nomen suscipiunt, ita ut etiam fideles seducant. *Augustinus* 20. de Civit. Dei (cap. 19.) Solverit enim tunc satanas, & per Antichristum in omni virtute ita mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur. Solet autem ambigi utrum propterea dicta sint ab Apostolo signa & prodigia mendacii, quoniam mortales sensus per phantasmata decepturi est, ut quod non facit, facere videatur; an quia illa ipsa, etiam si erunt vera prodigia, ad mendacia pertrahent credituros non ea potuisse nisi divinitus fieri, virtutem diaboli nescientes, maxime quando tantam quantum nunquam habuit acceperit potestatem. Sed propter quodlibet horum dictum sit, sedocentur eis signis atque prodigiis qui seduci merebuntur. *Gregorius* super *Ezech.* (hom. 9.) Cur autem sub dubitatione dicitur, *Si fieri potest*, cum vero futurum sit, à Domino præciatur? Unum quid ex duobus est: quia si electi sunt, fieri non potest; si autem fieri non potest, electi non sunt. Ita ergo dominici sermonis dubitatio in electis exprimit trepidationem mentis; quos & electos nominat, quia cernit quod in fide, & bono opere persistent: quia (3) qui electi sunt ad persistentium, ipse signa prædicatorum Antichristi tebeantur ad cadendum. *Beda* (super *Si quis vobis dixerit*). Quidam autem hoc ad captivitatē Judæicæ tempus referunt, ubi multi christos se esse dicentes, deceptas fessit se catervas populi trahabant; sed in illa civitatis obsidione nullus erat fidelis,

ad quem divina exhortatio, ne falsos magistros sequeretur, fieri deberet: unde melius de hæreticis accipiendum est, qui contra Ecclesiam venientes christos se esse mentientur; quorum primus *Simón Magus* fuit, extremus autem ille major ceteris est Antichristus.

Sequitur: *Vos ergo videte: ecce prædixi vobis omnia*. *Augustinus* ad plebem Hippon. (epist. 137.) Non enim solum bona quæ sanctis, & fidelibus suis est redditurus, verum etiam mala quibus erat hic mundus abundaturus, (1) ante prædixit, ut bona post sæculi finem securura certiores expectaremus, quando mala similiter prænuntiata ante sæculi finem præcedentia sentiremus. *Theophylactus* (super *Tunc sol obscurabitur*). Post Antichristi autem adventum alterabitur, & mutabitur machina mundialis, obsecratis sideribus propter abundantiam claritatis Christi: unde sequitur: *Sed in diebus illis post tribulationem illam sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stella cali erunt decedentes*. *Beda* (super eisdem verbis). Sidera enim in die judicii videbuntur obscura, non diminutione suæ lucis accidente, sed superveniente claritate veris luminis, hoc est summi judicis; quamvis nil prohibeat intelligi veraciter solem tunc, & lunam cum sideribus ceteris ad tempus suo lumine privati, quomodo de sole factum constat tempore dominicæ passionis. Ceterum prædicto die judicii, cum fuerit cælum novum, & terra nova, tunc fiet quod *Esaias* 66. dicit: *Brit lux luna sicut lux solis, & lux solis septemplexiter*. Sequitur: *Et virtutes quæ sunt in celo movebuntur*. *Theophylactus* (ubi supra.) Ideit, virtutes angelicæ stupebunt, tanta magna vi videntes fieri, & eorum judicari conservos. *Beda* (ibidem.) Quid mirum homines ad hoc judicium perturbari, cuius aspectum & ipsæ angelicæ tremunt potestates? Quid faciunt ibi tabulæ, quando tremunt columnæ? Quid virgulae deserunt patitur, cum cedrus paradisi concutitur? *Hieronymus* (super *Tunc virtutes quæ sunt in celo*). Vel aliter. *Sol obtenebrabitur ad gelida corda*, ut hieme; & luna non dabit splendorem suum, serene à tempestate diffensionum; & stella cali erunt decedentes in lumine, quando pene deerit semen Abraham, cui sunt similita; & virtutes quæ sunt in caelis movebuntur ad iram vindictæ, quando mittentur à Filio hominis veniente; de cuius adventu subditur: *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, qui scilicet prius sicut pluvia in vellus Gedeon descendit cum humilitate*. *Augustinus* ad Hely-

chium (epist. 80. in ord. epist.) Quia etiam dictum est Apostolis ab Angelis Act. 1. Sic venit, quomodo vidistis eum euntem in cælum; merito credendus est non solum in eodem corpore, verum etiam in nube venturus: quoniam sic venit sicut abiit, & nubes suscepit eum abeuntem. *Theophylactus* (super *Tunc videbunt Filium hominis*). Videbant autem Dominum tamquam Filium hominis, scilicet in corpore: quod enim viderit corpus est. *Augustinus* de Trin. (cap. 13.) Visio quippe Filii hominis exhibetur etiam malis: nam visio formæ Dei non nisi mundis corde, quia ipsi Deum videbunt. Et quia Filium Dei, secundum id quod in forma Dei, aequalis est Patri, iniqui videre non possunt; oportet autem ut iudicem vivorum, & mortuorum, coram quo judicabuntur, & iusti videant, & iniqui; ideo oportet ut Filius hominis acciperet iudicariam potestatem; de cuius executione mox subditur: *Et tunc mittet Angelos suos*. *Theophylactus* (super *Tunc mittet Angelos suos*). Vide quod Christus Jesus mittit Angelos, sicut & Pater. Ubi ergo sunt qui dicunt, quod Patri non est aequalis? Egrediantur namque Angeli congregare fideles electos, ut (2) in aera rapti obviant Iesu Christo: unde sequitur: *Et congregabit electos suos à quatuor ventis*. *Hieronymus*. Ut tricam ventulatum de aera totius terræ. *Beda* (ibidem). A quatuor autem ventis, à quatuor mundi partibus dicitur, oriente, occidente, aquilone, & austro. Etsi quisquam putaret à quatuor solummodo plagis terræ, & non potius à cunctis ejus finibus, simul & mediterraneis regionibus electos esse congregandos, apte subjungit: *A finimo terræ usque ad finimur cæli*; ideit, ab extremis terræ finibus usque ad ultimos terminos ejus; ubi longe aspectandus circulus cæli terræ finibus insidere viderit. Nullus ergo in die illa remanebit electus qui non venient ad iudicium Domino in aera occurrat. Veniant ad iudicium & reprobi, ut peracto iudicio dissipentur; & pereant à facie Dei. *Beda* (super *A finimo terræ usque ad finimur cæli*). *Beda* (super *A finimo terræ usque ad finimur cæli*). Sub exemplo arboris docuit Dominus consummationis exemplum, dicens: *A finimur autem diste parabolam*. Cum jam rahnus ejus tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit aestas; sic & vos, cum videritis hæc fieri, scitote quod in proximo sit in aestas. *Theophylactus* (ibidem). Quasi dicat: Sicut cum fieri nascuntur folia, statim est aestas; sic & post angustias Antichristi statim, nullo sequente medio, Christi erit adventus; qui aestas erit iustis ex hieme, peccatoribus vero hiems ex ætate. *Augustinus* ad

(3) Al. aut prædixit. (2) Al. in ca. (3) In duabus Venetis edit. an. 1524. & 1584. nec non Antwerpen 1569. omittitur hæc. Hieronymi appendix. (2) Antichristus.

ad Hefychium (epist. 2. in ord. est 53.) Vel aliter. Omnia que à tribus Evangelistis dicta sunt de Domini adventu, diligentius inter se collata, atque discussa fortasse inveniuntur ad hoc pertinere quod quotidie venit in corpore suo, quod est Ecclesia, exceptis his locis ubi ille aduentus ultimus ita promittitur ut propinquare dicatur. (1) ut in ultimo sermonis secundum Matthæum ipse aduentus evidenter exprimitur, ubi dicitur cap. 25. „Cum venerit Filius hominis, minis in maiestate sua. Quid enim est, Cum videritis hæc fieri? nisi ea quæ supra dixit, in quibus est etiam id quod ait, Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus. Non itaque tunc erit finis, sed tunc erit in proximo. An dicendum est non omnia quæ supra commemorata sunt, esse intelligenda, sed aliqua eorum, hoc videlicet excepto quod dictum est, Et tunc videbunt Filium hominis venientem? Ipse quippe finis erit, non tunc proximus erit. Sed Matthæus aperuit nullis exceptis esse accipiendum, dicens: „Cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in januis. Intelligitur ergo quod supra dictum est sic. Et mittet Angelos suos de quatuor mundi partibus; id est, de toto orbe terrarum congregabit electos suos; quæ tota hora novissima facit veniens in suis membris tantquam in nubibus. *Beda* (ubi supra.) Potest autem hæc fructificatio sicut mystice intelligi super statu synagoga, quæ veniente ad se Domino, quia fructum iustitiæ non habebat in eis qui tunc increduli erant, æterna sterilitate damnata est. Sed quoniam dixit Apostolus Rom. 10. quod „cum plenitudo Gentium intraverit, omnis Israel salvus erit: quid est hoc nisi quod diu sterilis arbor sicut fructum quem negaverat reddet? Quod ubi factum fuerit, ætatem veræ pacis esse in proximo non ambiges. *Hieronymus* (Mare. 13. à medio Comment.) Vel folia sicut nata, verba sunt præsentia; ætatis proxima, dies est iudicii; in qua unaquæque arbor (2) manifestabit quæ intus habuit, aridum ad comburendum, an viride ad plantandum cum ligno vitæ.

Sequitur. Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hæc, donec ista omnia fiant. *Beda* (super Non transibit generatio hæc.) Nominis generationis aut omne hominum significat genus, aut specialiter Judæorum. *Theophylactus* (ibidem.) Vel aliter. Non transibit generatio hæc, scilicet Christianorum, donec omnia fiant, quæ circa Hierusalem, & Antichristi adventum dicta sunt. Non enim dicit generationem Apostolorum: quia major pars Apostolorum

non pervenit usque ad Hierusalem consummationem. Dicit autem hoc de generatione Christianorum, volens discipulos consolari: ne crederent quod in illis temporibus fides deficeret: prius enim elementa immobilia deficient, quam verba Christi: unde subditur: *Cælum, & terra transibunt; verba autem mea non transibunt. Beda* (ibidem.) Cælum quod transibit, non æthereum, sive sidereum, sed æreum intelligere debemus. Quocumque enim pervenire potuit aqua diluvii, eo, juxta beati Petri sententiam, ignis iudicii perveniet. Transient autem cælum, & terra per eam quam nunc habent imaginem, attamen per essentiam sine fine subsistent.

(g) *Theophylactus* (super De die autem illa nemo scit.) Volens Dominus discipulos impedire ab interrogatione illius diei, & horæ, dixit: De die autem illo, & hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater. Si enim dixisset, quia (3) scio, tamen nolo vobis revelare: ipsos non modicum contristasset. Nunc vero sapientius egit, & ipsos (4) excludit ab huiusmodi interrogatione, ne ei molesti fierent, in hoc quod dixit: Neque Angeli sciant, neque ego. (5) *Hilarius* Lib. 9. de Trinitate (non longe à fine.) Ignoratio autem diei atque horæ obicitur uni-genito Deo, ut Deus ex Deo natus non sit in ea naturæ perfectione qua Deus est. Sed primum sensu communis iudicii sentiendum est, an credibile esse possit ut aliquid ex omnibus nesciat qui omnibus ad id quod sunt atque erunt, auctor est. Quomodo enim extra ejus naturæ scientiam est per quam, & in qua id quod efficiendum sit continetur? Hanc autem ille diem ignorat, quæ adventus sui dies est? Humane naturæ quod agere diffiniunt, quantum in se est, præcipient, & sequitur (6) gerendi cognitio voluntatem agendi. Quomodo ergo Dominus gloriæ adventus sui ignorata die, naturæ esse imperfectæ creditur, quæ & necessitatem habeat adveniendi, & scientiam adventus sui non adepta sit? Jam vero quanta impietatis geminatur occasio, si Deo Patri deputabitur (7) indignitatis affectus, si ei ademerit beatitudinis cognitionem, cui mortis induxerit præsentiam? Quod si in eo omnes scientiæ thesauri sunt, diem hunc non ignorat. Sed meminisse nos convenit occultos in eo scientiæ thesauros esse. Ignoratio igitur ejus est secundam quod thesauri scientiæ in eo latent. In omnibus enim quæ Deus ignorare se loquitur, ignorantiam non demeruit, sed aut tempus est non loquendi, aut dispensatio non agendi. Si autem tunc cognovisse Deus dicitur quod Abraham eum amaverit, cum hoc

(1) Al. & quod in ultimo &c. (2) Al. manifestavit. (3) Al. nescio. (4) Al. excludit interrogatione. (5) Al. Augustinus. (6) Al. gerendorum, (7) Nicolai legit malignitatis.

non celavit Abraham, necesse est ut & Pater ob id diem scire dicatur, quia non celaverit Filio. Si itaque diem Filius nescit, sacramentum est ut taceat; è contrario Pater solus ostenditur scire, quia non tacet. Absit autem corporalium mutationum novitates in Patre, & Filio existimari. Denique ne per infirmitatem ignorare dicatur, continuo subicit: *Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. Hieronymus* (super *Vigilate, & orate.*) Vigilia enim opus est mentis ante mortem corporis. *Theophylactus* (par. ante finem Comm.) Docet autem vigilare, & orare, duo hæc: multi namque vigilamus, sed noctes ducentes in privitates. Ad hoc autem consequenter similitudinem inducit, dicens: *Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit servis suis potestatem cuiusque operis, & janitori præcepit ut vigilet. Beda* (ante finem Comm.) Homo qui peregre profectus reliquit domum suam, Christus est, qui ad Patrem post resurrectionem victor ascendens, Ecclesiam corporaliter reliquit, quam tamen nunquam divina præsentia præsidio destituit. *Gregorius* in hom. 9. in Evang. Carnis etenim locus proprie terra est, quæ velut ad peregrinandum ducta est, cum per Redemptorem nostrum est in cælis collocata. Dedit autem servis suis potestatem cuiusque operis, quia fidelibus suis concessa Sancti Spiritus gratia, facultatem tribuit bonis operibus serviendi. Janitori quoque præcepit ut vigilaret: quia ordini pastorum commissæ sibi Ecclesiæ curam jubet impendere. Non solum autem rectores Ecclesiæ, sed omnes vigilare præcipiuntur, januas cordium custodientes, ne antiqui hostis mala suggestio subintret, ne nos Dominus dormientes inveniat. Unde ex hac similitudine concludens subdit: *Vigilate ergo: nescitis enim quando dominus domus veniat: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane: ne cum venerit inveniat vos dormientes. Hieronymus* (par. à fine Comment.) Nam qui dormit, non corpora vera, sed phantasmata

intendit, & vacuus vigilat de his quæ videntur. Sic nimirum (1) sunt quos amorem rapit in vita, qui deserunt post vitam quod somnabant pro certo. *Theophylactus*. Vide autem quia non dixit, Nescio quando tempus erit, sed *Nescitis*. Propter hoc enim hoc œculavit, quia nobis expediebat: nam si nunc ignorantes finem non curamus, quid faceremus, si finem sciremus? malitia namque nostras differemus usque ad ultimum. Attendamus etiam dictiones, sero namque finis existit, cum quis moritur in senectute; media nocte, cum quis moritur in medio juvenutis; galli cantu vero, cum ratio completur in nobis. Cum enim incipit puer secundum rationem vivere, tunc gallus in eo vociferatur, excitans a somno sensualitatis; mane autem, puerilis est ætas. Oportet enim omnes istos finem præscire: nam si puerio cavepndum ne imbutus pertranseat. *Hieronymus* (in fine Comm. in 13. cap. Marc.) Hoc autem sine concludit sermonem, ut commone omnium præceptum novissimi per primos audiant: unde subdit: *Quod autem vobis dico: omnis dies vigilate. Augustinus* ad Hefychium (epist. 80.) Non solum enim illis dixit quibus tunc addientibus loquebatur, sed etiam illis qui fuerunt post illos ante nos, & ad nos ipsos, & qui erunt post nos usque ad novissimum ejus adventum. Numquid autem omnes inventurus est dies ille in hac vita, aut quisquam dicitur est, quod ad defunctos etiam pertineat quod ait: *Vigilate, ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes?* Cur itaque omnibus dicit quod ad eos solos pertinet qui tunc erunt, nisi quia ad omnes pertinet, quomodo dixi? Tunc enim unicuique veniet dies ille, cum venerit ejus dies, ut talis hinc exeat qualis est iudicandus illo die; ac per hoc, vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum eum inveniat Dominus adventus. Imparatum autem inveniet dies ille quem imparatum inveniet suæ vitæ hujus ultimus dies.

(1) Al. sunt quos qui mundi amor rapit in vita, deserunt &c.

(a) **E**Rat autem pascha, & azyma post biduum, & quærebant summi sacerdotes, & scribæ quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant enim: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

(b) Et cum esset Bethania in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum unguenti nardi pistilli preiosi; & fracto alabastro, effudit super caput ejus. Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: Ut quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentum istud venditari plusquam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Jesus autem dixit: Sinite eam, quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobis-

S. Thom. Op. Tom. VIII.